



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et
Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ -
Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ
collectus: & usui accommodatus

Druzbicki, Kaspar


Ingolstadii, 1732

VD18 90066332

Exerc. 1. De Pretiosissimæ Parentis cum Deo arctissimâ Conjunctione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45396

pena obligationum: propter omnium Sanctorum tuorum, & propter pretiosissimæ Parentis tuæ intercessionem ac merita; propterque tuam amarissimam Passionem, Crucem, & Mortem pro me, à te toleratam. Ut sic in hora iudicii, te placatum, benignum, misericordemque experiens, consortio electorum tuorum aggregatus, tecum ingrediar ad possidendum Beatitudinis regnum æternum. In quo Tu, cum Patre, & Spiritu Sancto, vivis, & regnas, in Trinitate Deus, per omnia secula seculorum Amen.



EXERCITIORUM

PARS X.

Erga DEI Matrem Virgine nem MARIAM.

EXERCITIUM I.

*De P. Parentis cum DEO arctissimâ
coniunctione.*

1. **S**tatue te coram Pretiosissimâ Parente Virgine MARIA.
2. Expende, quàm arctis sit vinculis illigata affinitatis, & consanguinitatis, cum divinissima Trinitate. Est enim Filia Patris æterni: est Mater Filii Dei: est Sponsa Spiritus Sancti: est templum Sanctissimæ Trinitatis.

3. Est

S
op
T
N

3. E
muni cre
per solan
ri, & int
xivâ uni
legis nat
filia est P
pionis:
Christi F
re, & al
dem non
primò q
Sponfa
prima, &
Sponfo,
tione et
cum Nat
nem Hy
Dei Pat
Dei: qu
ideo etia
æterni, u
Homo C
quod M
tionibus
ad Dei fi
quo prin
Mariam
lam Mat
tare non
gitaverit
ita cong
nasceret
Mariæ, si

3. Est Filia Patris æterni; non solum communi creaturis, aut justis ratione, neque omnino per solam Adoptionem: sed aliquâ aliâ sublimiori, & intimiori, magisque conjunctivâ, & connexivâ unione, ac filiatione. Sicut enim juxta legis naturalis placitum, puella, quæ nupsit filio, filia est Patris ipsius, arctiori vinculo quàm Adoptionis: Ita Beata Virgo, quæ & Mater, & Sponsa Christi Filii Dei est, erit Filia æterni Patris, arctiore, & altiore quàm Adoptivæ vinculo, & quidem non uno, sed (ut patet) saltem duplicato: primò quidem desponsationis; cùm B. Virgo sit Sponsa vera Christi, & omnium Sponsarum prima, & princeps: ob quod vocatur ab eodem Sponso, *Vna, Columba, formosa*; quâ desponsatione effecta est Humanitas Christi: Verbique cum Naturâ humanâ alia desponsatio, per Unionem Hypostaticam. Altero vinculo est Maria, Dei Patris Filia, vinculo scilicet Maternitatis Dei: quia enim Maria, Mater esse debuit filii Dei, ideo etiam esse debuit, & reipsâ fuit Filia Patris æterni, ut connaturalius ex eâ nasceretur Deus Homo Christus, Deique idem Filius. Propter quod Maria apud Deum in æternis ejus cogitationibus nunquam comparuit, nisi cum respectu ad Dei filium, seu ad Dei Maternitatem: ita ut quo primùm instanti (in suâ Æternitate) Deus Mariam cogitavit, cogitaverit simul futuram illam Matrem Filii sui: quam, hoc futuram, cogitare non potuit; nisi simul & Filium suum cogitaverit: foreque decerneret ejus Filium, ut ita congruè, imò, condignè Dei filius, ex Dei filiâ nasceretur: Ita tamen; ut ista filiatio Filix Dei Mariæ, sicut debuit desinere in Filii Dei Maternitatem,

tatem, sic etiam ex eadem promanaret. Quo etiam ex fontè, Maria soror vocatur Verbi, ab ipso Verbo: *Veni (ait) in hortum Soror mea Sponsa & Soror nostra parva est, & ubera non habet: quid faciemus ei?* Accedit, quod Maria specialissimâ ratione nata sit ex mente Patris æterni, teste Nazianzeno: nimirum ob singulariter magnam Mariæ cum Verbo Dei Filio, & ejus Patre similitudinem. Etenim Verbum ab intellectu Patris productum, ipsamet Maria in suo utero genuit, veraque ejus Mater est, sicut Deus est verus ejusdem Pater. Qui sicut totum Filium suum generat solus, sic Maria Mater, eundem illum Dei Filium genuit sola. Atque propter hanc suam cum Patre æterno similitudinem, vocatur, & est, Maria Patris æterni, & mentis ejus Filia.

Luc. 1. 31.

4. Est MARIA Mater Filii Dei, ob notam ex fide nostrâ rationem. *MARIÆ enim dixit Angelus; Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus JESUM. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius DEI: & Verbum Caro factum est, & habitavit in nobis.* Nimirum DEUS Pater ob suam infinitam super nos homines misericordiam, & ob suam item immensam in Virginem MARIAM charitatem, Filium suum, quem tam unicum, quam dilectissimum, & in omnibus omnino æqualem sibi habuit: non passus est remanere solummodo suum, sed eundem ipsum voluit, ex rei veritate, esse B. MARIÆ unicum, & dilectissimum, & naturalem Filium. Neque verò ita, ut duo essent, unus videlicet Dei Filius, & alius Filius Sanctæ MARIÆ; sed unus, & idem ipse, qui Filius

Joan. 1.

Filius D
Sanctæ
stupesca
& F
ideo sol
corpore
usus est,
tio à M
sancti m
ejus ling
laberetur
Aures a
tatis aff
cogitati
sensatio
ficerent
tus sanct
tim suan
nicandu
mensam
Spiritus
atque p
modum
ditur:
dilatant
MARIA
sionis E
hoc M
sitis sed
eam ill
pleno
Sponfa
muni
storum

Filius Dei est in unâ Personâ, etiam esset Filius Sanctæ MARLÆ. Quis hæc audiens, non obstupescat?

¶ Est MARIA Sponsa Spiritus Sancti: non ideo solum, quia Spiritus sanctus, MARLÆ, tam corpore quàm Animâ per omnem ejus vitam usus est, tanquam organo suo; ita ut nulla motio à MARIA fieret, quæ non etiam à Spiritûs sancti motione fieret. Movebat Spiritus sanctus ejus linguam, ut cum loqueretur, in verbo non laberetur. Per ejus oculos aspiciebat, per ejus Aures audiebat, mentem regebat, omnes voluntatis affectûs gubernabat, ita ut etiam minimæ cogitationes, verba, decreta, motines, actus, sensationes omnes, Spiritus sancti instinctu perficerentur: Neque etiam ideo solum quia Spiritus sanctus in Deiparam effudit explevitque sitim suam: quam ille habet infinitam ad communicandum se: Explevit autem, quando per immensam Mariæ capacitatem, flumen illud sancti Spiritûs vastissimum, rapidissimumque excurrit, atque protensum est: ad eum proportionaliter modum, quo Deus Pater in Filium veluti extenditur: & Pater, Filiusque, in Spiritum sanctum dilatantur: sic enim etiam Spiritus sanctus in MARIAM quasi extenditur (utitur verbo Extensionis B. Ildephonsus) & dilatatur: Estque per hoc MARIA Spiritus sancti requies, est ipsius sitis sedatio, est ejus affectûs expletio; dum in eam ille immensos donorum suorum latices, pleno effudit alveo. Multò magis MARIA Sponsa sancti Spiritûs est, diciturvé: communi tantum illo modo, quo omnes justorum per gratiam sanctificantem (quâ ornare animas

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word "Sicut" and other illegible characters.

animas omnes proprium est sancto Spiritui) ani-
 mæ, sanctificantur ac desponsantur. Est igitur
 MARIA Sponsa Spiritûs sancti, suo quodam pro-
 prio, specialique titulo: quem acquisivit, illo
 consensu, coram Angelo nunciante sibi super-
 ventionem sancti Spiritûs, exhibito, atque ex-
 presso. Consensus enim ille quasi conjugalis
 fuit, quo Beata Virgo, non in Animam solum
 suam, verum etiam in corpus suum consensit,
 jusque sponsale dedit superventuro in se, & ob-
 umbraturo sibi Spiritui sancto: unde ex tunc
 Spiritus sanctus Sponsus *MARIÆ* factus est,
 non tantum quia (ut supra dixi) incomparabili
 gratia ipsam replevit, sed etiam quia illi obum-
 bravit, illamque textit, ac viri vices substituens,
 ex purissimo ejus Sanguine, atque substantiâ,
 Christi corpus efformavit, eamque divinâ suâ
 virtute fecundavit, & gravidavit. Ob quod
 sola *MARIA* est (ait Aug.) quæ meruit Mater &
 Sponsa vocari. Ipsa sola est, in quâ (ut ait An-
 selmus) Spiritus Dei, ipse Amor omnipotentis
 Patris, & Filii, ipse per quem, & in quo amatur
 omne, quod bene amatur, ipse inquam corpora-
 liter (ut bene dicam) venit in eam, singularique
 Gratiâ, præ omnibus, quæ creata sunt, sive in
 Cælo, sive in terrâ, in ipsâ requievit: & Regi-
 nam, & Imperatricem, Cæli & terræ, fecit Spon-
 sam suam.

Ex his collige, ô Amatrix *MARIÆ* Anima,
 quàm arctis sit colligata cum Deo vinculis,
 quàm intimis associata & devincta juribus. At-
 que exinde tibi licebit in omnes affectionum piis-
 simarum, devotionumque erga illam erumpere,
 atque efferi pietates.

PRA-

S
 op
 T
 N
 U

Exerc.

Ave
 Sponsa
 tuo aff
 viribus
 loca, &
 Trinita

De P.

1. ST

2. E
 totius r
 turas a
 tas, eju
 est ver
 nus, on
 conseq
 mnum
 & omn

3. E
 minum
 seu Dil
 Dei: e
 Cùm v
 ac Mife
 filiorum
 tiens ill

P R A X I S.

Ave pretiosissima Filia Patris aeterni, ave pretiosissima Mater Filii Dei. Ave pretiosissima Sponsa Spiritus Sancti. Per hanc tuam cum DEO tuo affinitatem, quam ego tibi, totius substantiae meae viribus, atque affectibus gratulor: effice me, & colloca, & irradica in gratia, & amore Sanctissimae Trinitatis, &c.

EXERCITIUM II.

De P. Parente nostrâ, Dominâ, Matre, Herede, Hereditate, Sponsa.

1. **S**tatue te in conspectu Pretiosissimae Parentis Virginis MARIAE.

2. Expendes: quòd sit Domina & Regina totius universi & omnium creaturarum: Creaturas autem omnes & singulas esse illius subditas, ejusque Mancipia. Quia enim Filius ejus est verus Deus, & ideo absolutus rerum Dominus, omniaque ei subiecta naturaliter sunt: inde consequenter, Mater hujus Dei, ac Domini omnium, est etiam naturaliter omnium Domina, & omnia sunt ejus Mancipia.

3. Expendes: quòd sit Mater omnium Hominum: Et in specie Electorum, amatorumque, seu Dilectorum suorum. Mater enim cum sit Dei: est etiam Mater fratrum ejus omnium. Cum verò etiam sit Mater, & inventrix Gratiae, ac Misericordiae, est etiam consequenter Mater filiorum Gratiae, ac miserationis. Eo ipso patiens illos Deo in filios, quo illos ad gratiam Dei dedu-

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word "Druz" and other illegible characters.